DECRETVM S. D. N.
D. CLEMENTIS
PAPAE OCTAVI
In cognoſcendis expediendiſq; cauſis, ad Sanctam Inquiſitionem ſpectantibus, obſeruandum.

SANCTISSIMVS DOMINVS NOSTER
volens, ac intendens prouidere, vt cauſæ, & negocia quoui
modo ſpectantia ad Sanctam Inquiſitionem cognoſcantur
& expediantur omni, qua decet integritate, amotis quib
uis ſordibus, ac pecuniarijs ſolutionibus: Statuit, & decreu
vt in poſterum omnes Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcop
ac quiuis Eccleſiarum Prælati, ſeu inferiores ordinarij eor
Vicarij, & Officiales, in cauſis, & negocijs Sancti Officij, pr
examine teſtium, ſeu principalium reorum pro Sportulis ſententiarum, pro quo
uis decreto, ſeu actu, ſeu quacumq; expeditione, nihil omnino exigant, & re
cipiant, etiam à ſpontè dantibus, ſed gratis omnia expediant; Ac eorum Secr
tarij, Cancellarij, & Notarij pro ſcripturis proceſſuum informatiuorum,
repetitionis teſtium Fiſci, quas mittunt ad Sanctam, & vniuerſalem Inquiſi
tionem Romanam nihil penitus exigant, ſed gratis illas mittant. Inſuper man-
dauit omnibus ſupradictis, eorumq; Vicarijs, & officialibus, vt cum aliquid
eis ſignificatur, nomine ſupradictæ Inquiſitionis, quamprimum literis reſcri-
bant, & negotia iniuncta exequutioni demandent, & hoc Decretum, tam ipſi
Prælati inuiolabiliter obſeruent, quàm ab alijs obſeruari curent, & eius exem-
plaria in eorum Cancellarijs affixa retineri, (vt omnibus innoteſcat,) & in
Archiuijs regiſtrari faciant, ſub pœna indignationis Sanctiſsimi Domini No-
ſtri, & alijs arbitrio Sanctitatis ſuæ infligendis.

Præſens Decretum factum fuit in generali Congregatione ſanctæ Romanæ, &
vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico apud Sanctum Petrum
coram ſupradicto Sanctiſsimo Domino Noſtro, ac Illuſtriſsimis, & Reueren
diſsimis Dominis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aduerſus hæreticam
prauitatem generalibus Inquiſitoribus. Nonis Ianuarij. Anno à Natiuitate Do
mini Noſtri Ieſu Chriſti M.DCI.

Quintilianus Adrianus Not.

ROMÆ, Ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ. M. D CII.

DECRETVM S. D. N.

D. CLEMENTIS

PAPAE OCTAVI

In cognoscendis expediendisq; causis, ad Sanctam Inquisitionem spectantibus, obseruandum.

SANCTISSIMVS DOMINVS NOSTER volens, ac intendens prouidere, vt causae, & negocia quouis modo spectantia ad Sanctam Inquisitionem cognoscantur & expediantur omni, qua decet integritate, amotis quibusuis sordibus, ac pecuniarijs solutionibus: Statuit, & decreuit, vt in posterum omnes Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, ac quiuis Ecclesiarum Praelati, seu inferiores ordinarij eorumq; Vicarij, & Officiales, in causis, & negocijs Sancti Officij, pro examine testium, seu principalium reorum pro Sportulis sententiarum, pro quouis decreto, seu actu, seu quacumq; expeditione, nihil omnino exigant, & recipiant, etiam à sponte dantibus, sed gratis omnia expediant; Ac eorum Secretarij, Cancellarij, & Notarij pro scripturis processuum informatiuorum, & repetitionis testium Fisci, quas mittunt ad Sanctam, & vniuersalem Inquisitionem Romanam nihil penitus exigant, sed gratis illas mittant. Insuper mandauit omnibus supradictis, eorumq; Vicarijs, & officialibus, vt cum aliquid eis significatur, nomine supradictae Inquisitionis, quamprimum literis rescribant, & negotia iniuncta exequutioni demandent, & hoc Decretum, tam ipsi Praelati inuiolabiliter obseruent, quàm ab alijs obseruari curent, & eius exemplaria in eorum Cancellarijs affixa retineri, (vt omnibus innotescat,) & in Archiuijs registrari faciant, sub poena indignationis Sanctissimi Domini Nostri, & alijs arbitrio Sanctitatis suae infligendis.

Praesens Decretum factum fuit in generali Congregatione sanctae Romanae, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud Sanctum Petrum coram supradicto Sanctissimo Domino Nostro, ac Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, aduersus haereticam prauitatem generalibus Inquisitoribus. Nonis Ianuarij. Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi M.DCI.

Quintilianus Adrianus Not.

ROMAE, Ex Typographia Camerae Apostolicae. M. DCII.